

tur vasis inclinatione, &, quod reliquum erit, filtrando separetur. Crassio rem verò partem, quæ restat, panno linteo coopertam soli, vel alii leni calori expone, donec exaruerit.

EXTRACTA,

et

RESINÆ.

EXTRACTA.

RADICUM Enulæ campanæ,

Gentianæ,

Hellebori nigri;

FOLIORUM Rutæ,

Sabinæ.

IN aquâ coque, exprimendo cola, & sепone, ut fæces subsidant; deinde in pilularum crassitudinem decoque, circa finem cautè evitato empyreumate.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ.

GLYCYRRHIZAM recentem in aquâ leviter coque, aquam exprimendo cola, & postquam fæces subsederint, decoque, donec digitis non cohærescat, circa finem cautè evitato empyreumate.

EX-

EXTRACTUM
LIGNI CAMPECHENSIS.

℞. Ligni tinctilis Campechensis in pulverem redacti ꝑ. libram unam.

COQUE quater, vel sæpius, in aquæ congio uno ad dimidium; deinde liquores simul mixti & colati in justam crassitudinem decoquantur.

EXTRACTUM
CORTICIS PERUVIANI,

Molle & Durum.

℞. Corticis Peruviani in pulverem redacti ꝑ. libram unam,

Aquæ M. libras decem vel duodecim.

COQUE per unam aut alteram horam, & liquorem effunde, qui tunc ruber erit & pelucebit; cum friget verò, flavescet, & turbidus fiet; eâdem aquæ mensurâ iterum affusâ, denuo coque, ut priùs, coctionem repetens, donec liquor frigefactus maneat limpidus: deinde liquores hi omnes mixti & colati ad justam crassitudinem super ignem lenissimum vaporent, cautè evitato empyreumate.

HOC extractum sub duplici formâ præparandum est; molliori ad pilulas formandas apta, & duriori, quæ in pulverem teri possit.

EXTRACTUM LIGNI GUAIACI,

Molle et Durum.

℞. Ligni guaiaci rasi ꝑ. libram unam.

Co-

COQUE quater, vel sæpius, in aquæ con-
gio uno ad dimidium; liquores colati coquen-
do inspissentur; cùm verò aqua ferè tota exha-
laverit, addendum est paululum spiritûs vinosi
rectificati, quò extractum in massam unifor-
mem et tenacem reducatur.

HOC etiam extractum sub duplici forma, mol-
liori, et duriori, præparandum est.

EXTRACTUM JALAPII.

RADICI jalapii in pulverem redactæ affun-
de spiritum vinosum rectificatum, debitoque
calore extrahatur tinctura; et residuum aliquo-
ries in aqua coque: spiritum ex tinctura priori
colata abstrahe, donec spissari incipiat; item
aquas colatas coque ad similem crassitudinem;
deinde extracta misce, et leni igne in pilularum
spissitudinem redige.

EXTRACTUM CATHARTICUM.

℞. Aloës Socotorinæ P. fescunciam,
Medullæ colocynthidis P. drachmas sex,
Scammonii,
Seminum cardamomi minoris decorticorum,
singulorum P. unciam dimidiam.
Spiritûs vinosi tenuioris M. libram unam.

COLOCYNTHIDI minutim incisæ, semi-
nibusque contusis affuso spiritu vinoso, leni
calore per quatrimum macera; tincturæ ex-
pressæ adde aloën et scammonium separatim in
pulverem redactæ; his solutis, spiritum ab-
strahe, et massam redige in pilularum crassitu-
dinem.

GUM-

GUMMI et RESINA
ALOËS.

℞. Aloës Socotorinæ ꝑ. uncias quatuor,
Aquæ M. libras duas.

COQUE donec aloë, quantum fieri potest, soluta fuerit, et, se pone per noctem; resina ad vasis fundum præcipitabitur; liquor supernatans, si opus, colatus, admoto igne, vaporando consumatur, ut relinquatur gummi.

NOTA.

SI extracti conficiendi major sit copia, balnei calore commodissimè spissatur.

OMNIA verò extracta aquosa paululo spiritu vinoso irrorentur, ne situm contrahant.

O L E A

per

EXPRESSIONEM.

OLEUM AMYGDALINUM.

AMYGDALÆ, vel dulces vel amaræ, recentes in mortario lapideo terantur; deinde prelo, sed non calefacto, exprimatur oleum.

EODEM modo exprimendum est oleum ex feminibus Lini, et Sinapis.

OLEA